FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Johann Barthold Lüdecke.

Lüdecke, Johann Barthold

Halle (Saale), 28.01.1707

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-209083

Visual Library

[...]am Ordinariam sum receptus, Deo, qui me [m]iserum tanta clementia est dignatus, quam [m]aximas possum, ago gratias, agamq dum [v]ivam. Anno MDCCVII d: 27 Jan:

Johann Barthold Lüdeke,

[W]ackebuschensis Paldo = Marchicus, natus d. 20 = [A]ugusti, MDCLXXX; Patre utiq Johanne Lüdekenis, Wackebuschensium etc. animarum pastore; cu[ius] [...]s informatione in humanioribus, potius a[utem] [...] infucata pietate et sanctimonia cultuq vero [D]EO O. M. & filiali corde praestando, usq ad [a]nnum aetatis XVI, fruitus sum. Postmodum [Q]uedlinburgi (?) et Magdeburgi per aliquot annos [st]udiorum causa commoratus sum, usq dum [iu]ssu Parentis honorandi Academiam Helm[st]adiensem petierem, ibiq per biennium [i]nformatione Schmidiorum, Wideburgiorum, [K]ochiorum etc. fruitus fuerim. In [g]loriam v. Sempiternam Dei Sanctissi[mi]

mi fatear et semper fatebor, quod nunquam
anima mea immortalis scholasticis illis imo
ethnicis philosophematibus et per eundem
illâ humanâ sapientiâ, quae in plurimis, proh
dolor! hodiernis Academiis adhuc, summâ
cum animarum jacturâ, coelitus effertur,
fuerit saturata, sed semper, singulari
Spiritus S. beneficio, altiora et coelestia si-
tierit; quare odor ille verbi divini ex A-
cademia Hallensi jam spirans et fragrans
licet sub multis imo diris ablaquentium
Satanae Ergastulorum calumniis ac blas-
phemiis latebat, mihi tamen admodum
suavis, gratus et subobscure efficax in
anima erat; Academiam ergo hanc, mi-
rabilia Dei egregie spirantem, anxie
anhelavi. Obstabant oculi corporei, se
non posse providere, quomodo egestati
stomachi prospiceretur? Fides tamen

recta ad Deum praevalebat. Halam festo resurrectionis Christi Anno MDCCVI veni, omnia inveni, egestati quoque corporis a Numine aeterno prospectum est: die enim XIII Jun. receptus sum in numerum eorum, qui mensis ordinariis (: ut ita loquar:) fruunt in Orphanotrophio, ut pascuam animae silentio non praeteream.

Tibi ergo, aeterne ac misericors Deus, sit laus, gloria et honor pro immensis tuis beneficiis mihi tuo misello a teneris unguiculis largiter collatis! Nomen tuum celebraturus sum in secula seculorum

Amen

Dat. Halae d. XXVIII. Jan. MDCCVII.